3218

LIBER SEXTVS DECRETALIVM D. BONIFACII PAPÆ VIII.

CLEMENTIS PAPÆ V. CONSTITVTIONES.

EXTRAVAGANTES, TVM VIGINTI D. IOANNIS PAPÆ XXII. TVM COMMVNES.

Hæc omnia cum ſuis gloſſis ſuæ integritati reſtituta, & ad exemplar Romanum diligenter recognita.

EDITIO VLTIMA

LVGDVNI,
Sumptibus Horatij Cardon.
M. DCXIII.
CVM LICENTIA SVPERIORVM.

BONIFACIVS Papa VIII. natione Hernicus, patria Annagninus, è familia Caietana, anno M. CC. XCIIII. Pontifex Maximus creatus eſt. Is Decretales epiſtolas prædeceſſorum ſuorum per Gullielmum Archiepiſcopum Ebrudunen. & Berengarium Epiſcopum Biteren. ac magiſtrum Richardum de Senis S.R.E. Vicecancel. diligenter fecit recenſeri, & quibuſdam decretis nouis à ſe additis in vnum librum ſub debitis titulis redigi, & quinque aliis Gregorij Papæ IX. annecti, Sextúmque nuncupari iuſſit. Ad quem Ioannes Andr. Bononien. continuas gloſſas, quibus multa ex eius lectura fuerunt inſerta, & hoc ſigno [ ] notata, conſcripſit.

TABVLA TITVLORVM ET CAPITVLORVM
Libri Sexti Decretalium.

Tabula titulorum v. librorum Sexti Decretalium ſecundum ordinem Alphabeti.

A

ACcuſationibus, inquiſitionibus, & denunciationibus. Lib. v. Tit. j. [illegible] 669
Ætate & qualitate & ordine præficiendorum. Lib. j. Tit. x. 215
Appellationibus. Lib. ij. Tit. xv. 393
Arbitris. Lib. j. Tit. xxij. 302

B

BIgamis. Lib. j. Tit. xij. 220

C

CApellis monachorum. Lib. iij. Tit. xviij. 564
Cenſibus, exactionibus & procurationibus. Lib. iij. Tit. xx. 566
Clerico coniugatis. Lib. iij. Tit. ij. 424
Clericis non reſidentibus. Lib. iij. Tit. iij. 427
Clerico ægrotante vel debilitato. Lib. iij. Tit. v. 488
Cognatione ſpirituali. Libro iiij. Tit. iij. 604
Conceſſione præbendæ & Eccleſiæ non vacantis. Lib. iij. Tit. vij. 493
Confeſſis. Lib. ij. Tit. ix. 342
Conſecratione Eccleſiæ vel altaris. Lib. iij. Tit. xxj. 578
Conſuetudine. Lib. j. Tit. iiij. 58
Conſtitutionibus. Lib. j. Tit. ij. 10

D

DEcimis primitiis & oblationibus. Lib. iij. Titulo xiij. 517
De deſponſatione impuberum. Lib. iiij. Tit. ij. 602
Dolo & contumacia. Lib. ij. Tit. vj. 339

E

ELectione & electi poteſtate. Lib. j. Tit. vj. 68
Eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ. Lib. ij. Tit. vij. 337
Exceptionibus. Lib. ij. Tit. xij. 319
Exceſſibus prælatorum & ſubditorum. Lib. v. Tit. vj. 663

F

FIliis presbyterorum & aliis illegitime natis. Lib. j. Tit. xj. 217
Foro competenti. Lib. ij. Tit. ij. 314

H

HÆreticis. Lib. v. Tit. ij. 631
Homicidio. Lib. v. Tit. iiij. 650

I

IIs quæ vi metúſve cauſa fiunt. Lib. j. Tit. xx. 296
Immunitate Eccleſiarum cœmeteriorum & aliorum locorum religioſorum. Lib. iij. Ti. xxiij. 582
In integrum reſtitutione. Lib. j. Tit. xx. 298
Iniuriis & damno dato. Lib. v. Tit. viij. 687
Inſtitutionib. Lib. iij. Tit. vj. 491
Iudiciis. Lib. ij. Tit. j. 307
Iuramento calumniæ. Lib. ij. Tit. iiij. 323
Iureiurando. Lib. ij. Tit. xj. 355
Iure patronatus. Lib. iij. Tit. xix. 564

L

LItis conteſtatione. Lib. ij. Tit. iij. 320

M

MAioritate & obedientia. Lib. j. Tit. xvij. 274

N

NE clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant. Lib. iij. Tit. xxiiij. 551
Ne ſede vacante aliquid innouetur. Lib. iij. Tit. viij. 516

O

OFficio vicarij. Lib. j. Tit. xiij. 221
Officio & poteſtate iudicis delegati. Lib. j. Tit. xiiij. 225
Officio legati. Lib. j. Tit. xv. 247
Officio ordinarij. Lib. j. Tit. xvj. 254

P

PActis. Lib. j. Tit. xviij. 275
Pœnis. Lib. v. Tit. ix. 689
Pœnitentiis & remiſſionibus. Lib. v. Tit. x. 700
Poſtulatione prælatorum. Lib. j. Tit. v. 65
Præbendis & dignitatib. Lib. iij. Tit. iiij. 429
Præſcriptionibus. Lib. ij. Tit. xiij. 367
Priuilegiis. Lib. v. Tit. vij. 666
Procuratoribus. Lib. j. Tit. xix. 275

R

REbus Eccleſiæ non alienandis. Lib. iij. Tit. ix. 528
Regularibus & tranſeuntibus ad religionem. Lib. iij. Tit. xiiij. 544
Regulis iuris. Lib. v. Tit. xiij. 776
Religioſis domibus. Lib. iij. Tit. xvij. 560
Reliquiis & veneratione ſanctorum. Lib. iij. Tit. xxij. 579
Renunciatione. Lib. j. Tit. vij. 197
Rerum permutatione. Lib. iij. Tit. x. 524
Reſcriptis. Lib. j. Tit. iij. 15
Reſtitutione ſpoliatorum. Lib. ij. Tit. v. 328
Reſtitutione in integrum. Lib. j. Tit. xxj. 298

S

SChiſmaticis. Lib. v. Tit. iij. 646
Sententia & re iudicata. Lib. ij. Tit. xiiij. 372
Sententia excommunicationis. Lib. v. Tit. xj. 703
Sepulturis. Lib. iij. Tit. xij. 531
Sponſalibus & matrimoniis. Lib. iiij. Tit. j. 597
Statu regularium. Lib. iij. Tit. xvj. 558
Summa trinitate & fide catholica. lib. j. Tit. j. 8
Supplenda negligentia prælatorum. Lib. j. Tit. viij. 208

T

TEmporibus ordinationum. Lib. j. Tit. ix. 208
Teſtamentis & vltimis voluntatibus. Lib. iij. Tit. xj. 525
Teſtibus & atteſtationibus. Lib. ij. Tit. x. 347

V

VErborum ſignifica. Lib. v. Tit. xij. 735
Vita & honeſtate clericorum. Lib. iij. Tit. j. 423
Voto & voti redemptione. Lib. iij. Tit. xv. 553
Vſuris. Lib. v. Tit. v. 655
Vt lite pendente nihil innouetur. Lib. ij. Tit. viij. 339

Finis Tabulæ Titulorum.

Tabula omnium capitulorum Sexti Decretalium ſecundum ordinem Alphabeti.

A

AB arbitris. de offic. & pot. iud. del. 239
Abbates. de priuileg. 670
Abbate. de ſtatu regular. 380
Ab eo qui appellat. de appel. 409
Ab eo qui contra. de elect. 157
Abſolutionis. de iis quæ vi. 296
Accuſatus. de hæret. 620
Accuſatione. de appel. 418
Accedens. de do. & contu. 334
Ad apoſtolica. de ſen. & re iu. 375
Ad decimas. de reſt. ſpol. 332
Ad ſuccidendos. de ſchiſm. 648
Abominatur. de ſen. excom. 730
Altercationis. de biga. 220
Animarum. de ſepult. 531

* 2 Abbates

Prima gl. [illegible] ſue recitatione: tamen tria facit. Primo [illegible] [illegible] ſuffragium diuinum [illegible] ad quid [illegible] quem opus. Tertio de quoſdam [illegible] [illegible]. Io. Andr. in Nouella.

LIBER SEXTVS
DECRETALIVM
Domini Bonifacij Papæ VIII.

BONIFACIVS [a] Epiſcopus [b] ſeruus ſeruorum Dei [c],

QVia præponderat eſt ordo, prius humana ſtudia [illegible] [illegible] de conſ. diſt. [illegible] omnis Chriſtianus. in fin. idcirco ego Ioannes Andreæ Bononienſis in ordine [illegible], inter Decretorum Doctores [illegible] tamen in[illegible], [illegible] huius operis mei ſore principium ad [illegible], honorem, & laudem nominis Ieſu Chriſti: quod quando [illegible] flectere debeo genua [illegible] [illegible] Prius ad eum, [illegible] humiles porrigo preces, vt non [illegible] humanæ [illegible] [illegible]

[illegible]

igitur Dominus Bonifacius Doctores, & Scholares [illegible] Bononiæ [a] [illegible] & intendam [illegible], vt ipſorum [illegible] quod [illegible] ſui [illegible] Eccleſiæ, [illegible] Orbis magiſtra. [illegible] Romanis Pontificib. [illegible], & qui fuerint au- ctores ipſarum. Quod [illegible] [illegible]

[illegible]

Gl. ſeq. [illegible]

a ¶ *Bonifacius.*] [illegible]

b ¶ *Epiſcopus.*] [illegible]

c ¶ *Seruus ſeruorum Dei.*] [illegible]

Margin notes: *Præterea, & alijs antiquis [illegible] In- cipit liber Sextus De- cretaliū Domini Bonifa- cij Papæ VIII.* — *Pſalm. 83.* — *a Contra de- tractores [illegible]* — *a Re [illegible]* — *b [illegible]* — *c [illegible]* — *d [illegible]*

Arbor Conſanguinitatis.

Non gignunt dextros qui ſtant in parte ſiniſtra:
Læua dat vxores, dat tibi dextra mares.



CONSANGVINITAS PER TRES regulas declaratur.

PRima regula magiſtralis pro linea recta.] Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermedijs vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus à Petrucio (Petrucium eſſe fingamus in cellula vbi eſt facies) vtrumque computato & intermedias, quinque ſunt perſonæ: deme vnam quatuor ſunt gradus: & ſic de alijs.

¶ *Pro linea collaterali duæ ſunt regulæ.*

¶ Collaterales in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Exemplum pone: Cum ſint abnepotes ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui (nam illi ſunt in linea æquali) quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto. De computatione canonum modo loquor.

¶ Collaterales in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. Computemus ergo à communi, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu, ergo à filio propatrui quarto. Semper intellige ſecundum canones.

¶ *Pro arbore conſanguinitatis ſecundum computationem ciuili dantur tales regulæ.*
PRIMA. In linea recta aſcendentiũ & deſcendentiũ quot ſunt perſonæ, de quibus quæritur, computatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eas.

¶ *Pro linea collaterali.*

¶ Collaterales in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Nam ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legiſtarum [illegible] quam computatio Decretiſtarum.

¶ Collateralis in linea inæquali quot ſunt perſonæ ſtipite dempto, tot ſunt gradus. Si ampliorẽ eorum notitiam [illegible], recurre ad Io. And. declarationem.

CIRCA lecturã arboris diuerſi olim diuerſum modum tenuerunt, Ioannes de Deo Hiſpanus poſt illos lecturam ipſius arboris nouum modum aſſumens, per ſuas intricatas regulas ipſius intellectũ aliis fecit apertum. ſed propter multitudinem regularũ, & verborum obſcuritatem aliquibus remanſit ignotum, aliis ignotum ignorantia confudit. Ammonitus igitur ego Ioan. And. inter decretorum doctores minimus & indignus, [illegible] arboris [illegible] & habentibus notitiam conſanguinitatis [illegible] (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primò, quæritur ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio adiuuenda neceſſaria. Secundò, an ſit authentica. Tertiò, ad quid in volumine decretalium reperitur, quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ quæſtionis [illegible]

¶ Ad ſecundum dic quòd arbor authentica eſt: [illegible] Iſidori & Alexandri. [illegible]

¶ Ad tertiũ dic quòd quia in decretis de conſanguinitate & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus [illegible] & in hoc volumine vtile fuit [illegible] quia [illegible]

Hoc folium debet apponi folio 409.

Arbor Affinitatis.

Multa dies, variúſque labor huiuſce parauit
Artis notitiam: quæ modò clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

AFfinitas ſecundum canones eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela. Et dicitur affinitas, quaſi duorum ad vnum finem veniat, eo quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradi. cogna. l. non facile. §. affines.

¶ Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiã mortua perſona, qua mediante cõtrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiuſdem gradus, cuius eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem, & tu ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus, & quoto eſt tibi ille conſanguineus, tuo mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Dictũ eſt in regula viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia ſecundum canones etiam per coitum fornicarium & inceſtuoſum contrahitur affinitas, patet de eo qui cogn. cõſan. vxor. ſuæ. c. diſcretionẽ. & c. pen. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. de conſan. & affi. quod ſuper his.

REGVLA. Quandocumque inter vnam perſonarum, de quibus quæritur, & coniugem alterius non eſt, vel non fuit conſanguinitas intra quartum gradum incluſiue, nulla eſt prohibitio, vt inter me & coniugem nepotis mei non poteſt eſſe matrimonium: quia nepos meus eſt mihi conſanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto poteſt contrahere cum ſua relicta: quia inter me & illam relictam nulla eſt, nec fuit conſanguinitas.

AD arborem affinitatis & eius materiam tranſeamus. Et primò videndum eſt, quid ſit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipſius genera inſurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus poſtea quædam notabilia, & quædam quæſtiones.

¶ Eſt autem affinitas perſonarum proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela hoc ſecundum canones: ſed ſecundum leges eſt proximitas proueniens ex nuptiis: & requiritur ſecundum leges, quod legitimæ ſint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. circulum. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem veniat: eo quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. l. §. affines. *Affinitatis definitio.*

¶ Sed quòd per fornicarium coitum, & inceſtuoſum ſecundum canones contrahatur affinitas patet de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ c. diſcretionem & eo. tit. c. penul. Sed cõſideratio leg. ſ. hic circa honeſtatem & ratione deferendas, & ne quis cogatur adhærere affinem reliquam noui decent. ff. de gradi. l. iuriſconſultus. in princ. & ff. de ritu nu. l. iiij. & l. iiij. q. illi. §. item in *Affinitas per coitum nefarium contrahitur.*

eo

Prooemij diviſio, & ipſius ſummaria declaratio ſecundum dominum Zabarel.

IOannes Epiſcopus.] Divide in quatuor partes, vel in duas. & ſecundam in tres. In prima ponitur ſalutatio, dum dicitur Ioannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, [illegible] & dicit ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. [illegible]

[illegible]

eiuſdem Clementis Papae, etiam impediti fuerunt à tempore noſtrae promotionis, i. à tempore quo fuimus electi in Papam, quod non potuimus communicare, & mittere praedictas conſtitutiones ſcilicet illas Clementinas ſub bulla noſtra. [illegible]

CLEMENTIS † PAPAE QVINTI CONSTITVTIONES.

PROOEMIVM.

† In antiquis codicib. titul. huius libri habet ita, incipiunt conſtitutiones Clementis Papae Quinti.

IOannes [a] Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Doctoribus, & Scholaribus univerſis Bononiae commorantibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

[illegible]

Ioannis nomen vigeat ſuper caetera inter ſummos Pontifices, [illegible]

a ¶ Ioannes.] [illegible]

propter a hoc irritus b, nec etiam irritandus c. Data Aue- nione xiij. Calend. Decembris, Pontificatus noſtri anno 2.

debet eſſe finis principio, de baptiſ. maiores. ante medium. de appell. ſecundo requiris. His rationibus puto, quòd ſi partes expreſſè conſenſerunt, quòd iudex in tota lite, vel ſimpliciter ſeruaret ordinem iudiciarium, quòd immo iudice, qui ſic inchoauit procedere, poſtmodum non potuerunt: vbi verò non conſenſerunt expreſſè, ſed non contradixerunt: puto, quòd in occurrentibus poſtea contradicere poterunt. facit litera præcedens, ibi, *in toto, vel in parte.* Item ſingulares actus iudiciorum ſunt per ſe actus perfecti: vnde ſingulariter intendatur, de libel. obla. cum nobis, ſeq. bene facit, quod ſcripſi poſt Vinc. & Compoſt. de reſcrip. dilecta, s. 1. in princ. quod etiam not. Gul. in Spec. de appell. reſtat. ver. & not. ſecundùm Vinc. de cita. § 1. ver. quid ſi reus.

a ¶ *Propter hoc.*] Poſſet enim ſubeſſe alia cauſa irritationis.

b ¶ *Irritus.*] Ipſo iure, vt aliàs de lit. conteſt. c. vnico. & ex. ſeq. accedens. 1. & 2.

c ¶ *Irritandus.*] Per ſententiam, vt aliàs de re iudicata, cum cauſa. & c. cùm Bertholdus. in fi. & notat. hoc ſic de iuramen. calum. c. 1. s. reſpond. in fine, lib. 6. Et ſcias, quòd iſte finis non conuertitur: nam ſi in cauſa, quæ requirunt figuram iudicij, procederent non contradicentibus partibus ſine figura, non tenent proceſſus, & idem ſi expreſſè conſenſerint, de hoc de offic. deleg. de cauſis. in gloſſ. s. 2. q. 1. in princip. in fin. & cap. ſeq. & in Spec. de ſent. prola. § iuxta. ver. quid ſi de partium. quod intellige, vt not. de re iudic. c. vlt. lib. 6. in 5. gl. Ratio diuerſitatis patet, quia in caſu iſto fit contra ius commune: ſed in caſu, quem ponit litera, fit reditus ad ius commune, & ad ſui naturam: quod facile fit. 35. diſt. ab exordio. ff. de poſt. § pœna. § quid ſi non vt tantum. Natura verò naturam, cùm ad illam reuertimur, per interceſſionem Virginis glorioſæ nos colligat cum electis. Amen.

F I N I S.

ARBOR, SEV FIGVRA DECLARATIVA TITVLI DE IVRE PATRONATVS.



DIVINI, AC HVMANI IVRISCONSVLTI, ET CAVSARVM ſacri palatij auditoris, D. Ioannis Franciſci de Pauinis, ad Extrauagantium, Regularum Cancellariæ, & Deciſionum Rotæ notitiam, vtile præludium.

[illegible]

QVINTVS Mutius Scæuola Seruium Sulpitium illis fertur vſus sermone: Turpe eſt patricio, & nobili viro ius, in quo verſatur, ignorare. Sed longè magis in pleriſque noſtra ætate hæc ſententia retorquenda eſt, qui Extrauagantium ſanctiones, Pontificum iura enunciata, aſſidua, aut ignorant, aut contemnere videntur: cum omnis magiſtratus, præſertim Eccleſiaſticus, in dicendis ſententijs, & cæteri Iuriſperiti, quibus interpretandi, conſulendique tribuitur facultas, reſponſa ſua, iuxta illarum deciſiones ſint prolaturi, ſi ipſis Extrauagantibus adſint requiſita, quæ epiſtola Innoc. iij. ad Helien. Epiſcopum depoſcit. Quare ad ipſarum ſcientiam iterum, atque iterum hortor, moneoque, ne cum Sulpitio iure obiurgemur, imò illum imitemur, qui poſt reprehenſionem adeò iuri operam dedit, vt inter Iuriſconſultos merito palmam fuerit aſſecutus. Verum ipſis Extrauagantibus parem vim pene Regulæ cancellariæ viuente earum conditore, & non mediocrem Deciſiones Rotæ, vti prudentum reſponſa, auctoritatem habere cenſentur: ſicut enim illis interpretandi ius erat, & Prætorum edicta poteſtas ſumma tributa: & auditoribus Rotæ in ſummorum Pontificum legis impertitum eſt ab ipſo Principe ſummum arbitrium. Igitur circa tria hæc breuem, & perutilem ſubijci notam.

Sententia contra Extrauagantem lata, an teneat.

NOtandum eſt, quòd ſententia lata contra Extrauagantem publicatam, & indubitatam, eſt ipſo iure nulla: ante publicationem verò ſecus, vt not. in proœmio Clementinarum, in verbo, decætero. & in Clemen. nolentes. de hæreticis. Sed ſi eſt publicata, & indubitata, ſententia contra eam lata eſt ipſo iure nulla, vt dictum eſt, tanquam lata contra legem ſcriptam, vt not. Bal. in l. 2. C. quando prouo. non eſt neceſ. & Butri. in c. 1. & c. cùm inter, de re iudi. & probatur in l. 1. §. item cùm contra ſacras. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcin. exemplum in Extrauaganti, execrabilis. ſecundùm Abbatem in c. paſtoralis. de fide inſtru. idem de Extrauaganti ad regimen. quam allegat deciſio in nouis 349. incipit, Item ſi mandatur. Secus autem ſi de ea dubitatur, per cap. paſtoralis. de fide inſtru. & l. cum prolatis. ff. de re iudi. ſecundùm vnam lecturam. ideò ſuper ea Papa eſt conſulendus: & ſi reperitur in archiuo publico, dicitur indubitata, per Authenticam, ad hæc. C. de fide inſtrum. & l. Celſus. ff. de proba. ſecundùm vnam lecturam facit cap. ad audientiam, de præſcript. & idem præſumitur, quando reperitur inter Extrauagantes. 20. q. 1. c. quoniam progenitorum. maximè ſi reperitur gloſſata per doctorem famoſum: ſicut Zenze. Lan. & Ioan. Mo. & alios: per not. in dicto c. paſtoralis. probatur l. 1. in fi. C. de nouo codi. co. & quod not. in l. 3. C. de legibus. vel ſi fuit diu obſeruata, vt not. Bar. in gloſ. fin. ſuper Extrauaganti, qui ſunt rebelles. de quibus plenius per Bar. in l. cum prolatis, præalleg. & Butri. & Abbatem, & modernos in dicto c. paſtoralis. vbi ſecundùm Boati. poteſt de ea dubitari ad inſtar eius, quod not. in c. nemo. de elect. in 6. de quibus etiam per Ludouic. in conſilio 130. quod incipit, In Chriſti nomine in propoſito caſu. vbi etiam ſubdit, quòd ſi fuiſſet temporalis, per declarationem ſucceſſoris efficitur perpetua: quia declaratio Papæ etiam ad petitionem ſingularis perſonæ facta ad legem, vel ordinationem aliquam præcedentem, legem generalem conſtituit ad omnes: per l. fi. C. de legibus. & not. in c. in cauſis, de re iud. quod facit ad id, quod dictum ſuper Extrau. ad onus. & Extrauag. iniunctæ. & ad Apoſtolatus, &c. Ex quibus idem dicit Bal. in ſtatutis in ſuo peculio, in verb. ſtatuimus, licet non ſic, &c. Item non eſt neceſſe, quòd conſtet de datis, ſecundùm Bar. in dicta data, qui ſunt rebelles. Præmiſſa intelligo de Extrauagantibus emanatis poſt compilationem lib. 6. ſecundùm Ioan. And. in proœmio. 6. ad fin. in c. fin. de hæreticis eo. lib. Et ſi contradicant iuri ſcripto, dic vt plene per Ioan. And. Ioan. de Ligna. Ioan. de Sancteis, & Dominicum poſt Ioan. Monach. in c. 1. in princip. de conſti. lib. 6. & per Archid. poſt Hug. 19. diſt. cap. 1. ſi Romanorum. & in ſumma adde Bal. in l. leges ſacratiſſimæ. C. de leg. & in c. 1. in laicis. 30. diſt. Nec eſt de ſubſtantia, vt redigatur in ſcriptis, de quo plenius per Ioan. And. in reg. nemo poteſt. de regul. iur. in mer. lib. 6. & in deciſionibus Rotæ, deciſione 238. per gloſ. in l. 1. C. de leg. probatur in c. 1. de treuu. lib. 6. & per Abbatem in cap. 1. de poſtu. præla. qui dicit, quòd de hoc videtur communis opinio.

Scriptura non eſt de ſubſtantia extrauagantium.

Debent autem Extrauagantes, quandò de eis dubitatur per allegantem, in forma authentica produci ſub plumbo, ſi extra curiam ſunt producendæ: vel ſub ſigneto vice Cancellarij, ſi in curia ſunt producendæ: & hoc de illis, quæ ſunt deſcriptæ in libro Cancellariæ: illæ autem, quæ ſunt deſcriptæ in camera Apoſtolica, ſignantur cum ſigneto Camerarij, vel ſub plumbo, &c. Et ita ſeruatur in curia Romana. Et idem ſcilicet quòd in forma authentica debeat produci, dicimus in ſtatuto non contento in volumine ſtatutorum, ſecundùm Bar. in l. omnes popul. ad fi. ff. de iuſt. & iur. & modernos, in dicto c. 1. de conſtit. lib. 6. & in dicto c. paſtoralis. forma autem authentica habetur in regulis, & ſtylo Cancellariæ. Quid autem de ſententia Principis diffinitiua, vel interlocutoria: Dic vt in c. in cauſis. de re iudi. & 16. quæſtione 3. licet. & ff. quod met. cauſ. metum. §. ſed quòd ait prætor. Et præſumitur quæſtio determinata pro illa parte, & opinione, pro qua fuit vltima collatio facta, vbi aliter non conſtat de expreſſa deciſione, ſecundùm Bal. in l. bona fides. ff. depoſ. Et not. Domi. in c. fi. de hæret. lib. 6. quòd ordinationes, & mandata Papæ habent eandem vim, quam habent conſtitutiones, per not. in c. à nobis 1. de ſent. excomm. per l. 1. & fi. C. commina. vel Epiſtol. Item quòd reſponſa Papæ ad conſultationem inferiorum ſunt pro iure ſeruanda, alleg. 3. diſt. in ſumma.

Extrauagantes qualiter, & vbi debent produci, ſi de eis dubitatur.

Mandatum Papæ habet vim conſtitutionis.

De interpretatione autem doctorum, & communi opinione, dic vt per Abbatem in c. 1. de poſtu. præla. vbi glo. & not. in c. vnico. eo. tit. lib. 6. & in l. 1. C. de profeſ. qui in vrbe Conſtantinopolitana, &c. de communi opinione notatur 3. q. 7. §. tria. & an excuſet à dolo, not. deciſio Rotæ 279. & Oldra. in l. quæſtionem. ff. de fun. inſtru. Et an ſit ſtandum vltimæ opinioni glo. & Innoc. &c. not. Ioan. And. de pœnis. c. 1. & de ſent. excommun. c. 1. lib. 6. in nouella. & not. in l. qui filium. ff. ad Trebel. & per Bald. in l. ſi mater. §. tutore de ſtatu defuncto. & in l. 1. ff. de conſtit. principum. & in tit. apud quem controuerſia feudi determi. in vſibus feud.

HIERONYMI CLARII BRIXIANI IVRIS vtriuſque Doctoris Protonotarij, & Comitis Apoſtolici in Extrauagantes Decretales breue præludium.

CVm omnes Magiſtratus, præſertim Eccleſiaſtici decidendas cauſas, & cæteri Iuriſperiti, quibus interpretandi, conſulendique tribuitur facultas, reſponſa ſua, iuxta conſtitutiones Romanorum Pontificum, non ſolùm quæ in corpore iuris clauſæ reperiuntur, verùm etiam ſecundùm Extrauagantium diſpoſitionem ſint prolaturi, ſi modò ipſis Extrauagantibus adſint requiſita, quæ epiſtola Innocentij tertij ad Helien. Epiſcopum depoſcit: ipſarum lectionem non negligendam cenſeo. Quippe ſententia lata contra Extrauagantem publicatam, & indubitatam eſt ipſo iure nulla: ante publicationem verò ſecus, vt not. in proœmio Clementinarum, in verbo, de cætero, & in Clement. nolentes. de hæreticis. Sed ſi eſt publicata, & indubitata, eſt ipſo iure nulla, tanquam lata contra legem ſcriptam. not. Bal. in l. 2. C. quando prouocare non eſt neceſſe. & Butriga. in c. 1. & c. cùm inter. de re iudic. & probatur in l. 1. §. item cùm contra ſacras. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcind. Exemplum in Extrauaganti, Execrabilis. ſecundùm Abbatem in c. Paſtoralis. de fide inſtrument. Item de Extrauaganti, Ad regimen. quam allegat deciſio in nouis 549. incipit, Item ſi mandatur. Secus autem ſi de ea dubitatur, per c. paſtoralis. de fide inſtrument. & l. cum prolatis. ff. de re iudica. ſecundùm vnam lecturam. Ideo ſuper ea Papa eſt conſulendus: & ſi reperitur in archiuo publico, dicitur indubitata. per auth. ad hæc. C. de fide inſtrumen. & l. Celſus. ff. de probationibus, ſecundùm vnam lecturam. Facit cap. Ad audientiam, de præſcript. & idem præſumitur, quando reperitur inter Extrauagantes. 20. q. 1. c. quoniam progenitorum. maximè ſi reperitur gloſſata per doctorem famoſum, ſicut Zenzelinum, Laurentium, Ioannem Monachum, Gulielmum de monte Lauduno, & alios: per no. in dicto c. paſtoralis. probatur l. 1. in fi. C. de nouo Cod. componendo, & quod not. in l. 2. C. de legibus, vel ſi fuit diu obſeruata, vt not. Bartol. in l. ſi. ſuper Extrauag. qui ſint rebelles. de quibus pleniùs per Bartol. in l. cum prolatis. præalleg. & Butriga. Abbat. & modernos in dicto c. paſtoralis. vbi ſecundùm Boat. poteſt de ea dubitari ad inſtar eius, quod notatur in c. nemo. de elect. in 6. de quibus etiam per Ludoui. in conſil. 250. quod incipit, In Chriſti nomine, In propoſito caſu. Vbi etiam ſubdit, quòd ſi fuiſſet temporalis, per declarationem ſucceſſoris efficitur perpetua: quia declaratio Papæ etiam ad petitionem ſingularis perſonæ facta ad legem, vel ad ordinationem aliquam præcedentem, legem generalem conſtituit ad omnes, per l. fin. C. de legibus. & notatur in cauſis. de re iudica. Item non eſt neceſſe, quòd conſtet de data, ſecundùm Bartol. in dicta data, qui ſint rebelles. Præmiſſa intelligo de extrauagantibus emanatis poſt compilationem lib. Sexti, ſecundùm Io. And. in proœmio lib. Sexti. ad finem, & c. ſi. de hæreticis, eodem lib. Et ſi contradicant iuri ſcripto, dic vt plenè per Ioan. And. Ioan. de Lignano, & Dominicum in c. 1. in princ. de conſtitutionibus lib. 6. & per Archidiaconum poſt Hug. 19. diſt. c. ſi Romanorum. & in ſumma. Adde Bal. in l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus. & notatur in c. ſi in laicis 50. diſt. Nec eſt de ſubſtantia, vt redigatur in ſcriptis, de quo plenè per Ioan. And. in regula, nemo poteſt. de regulis iuris, in Mercurialibus. lib. 6. & in deciſionibus Romæ. 138. per gloſſam in l. 1. C. de legibus. probatur in c. 1. de renunciationibus, lib. 6. per Abbatem in c. 1. de poſtula. prælator. qui dicit, quòd de hoc videtur communis opinio. Debent autem extrauagantes, quando de eis dubitatur, per allegantem in forma authentica produci ſub plumbo, ſi extra curiam ſunt producendæ, vel ſub ſigneto Vicecancellarij, ſi in curia ſunt producendæ. Et hoc de illis, quæ ſunt ſcriptæ in libro Cancellariæ. Illæ autem, quæ ſunt deſcriptæ in Camera Apoſtolica, ſumentur cum ſigneto Camerarij in curia, vel ſub plumbo extra curiam. Et ita ſeruatur in curia Romana. De his autem pleniùs tractat ſupremus Doctor Dominus Franciſcus de Paſiſiis in principio Extrauag. Ioan. xxij.

Sententia contra extrauagantem lata, an valeat.

Extrauagans quando dicitur indubitata.

Scriptura non eſt de ſubſtantia Extrauagantis.

Extrauagantes qualiter ſunt producendæ.

EXTRAVA

EXTRAVAGANTES DECRETALES, QVÆ A DIuerſis Romanis Pontificibus poſt Sextum emanauerunt: Quarum aliquæ Gloſſis Ioannis Monachi Pichardi Cardinalis, aliquæ Commentariis Gulielmi de Monte Lauduno, & Ioannis Franciſci de Pauinis illuſtrantur.

LIBER PRIMVS.

De conſuetudine.

¶ Ioannes xxij.

¶ Conſuetudo impediens, ne Legati ſedis Apoſtolicæ recipiantur, non valet: & illa non obſtante Legati ipſi ſunt ab omnibus recipiendi, & eos impedientes ipſo facto excommunicationem incurrunt, & eorum terra Eccleſiaſtico ſubiiciuntur interdicto.

CAP. VNICVM.

SVPER gentes, & regna Romanus Pontifex à Domino conſtitutus, cùm perſonaliter ſingulas regiones circuire non poſſit, nec circa gregem ſibi creditum curam paſtoralis ſolicitudinis exercere: neceſſe habet interdum ex debito impoſitæ ſeruitutis, ſuos ad diuerſas Mundi partes (prout neceſſitates emerſerint) deſtinare Legatos, qui vices ipſius ſupplendo errata corrigant, aſpera in plana conuertant, & commiſſis ſibi populis ſalutis incrementa miniſtrent. Verumtamen aliqui huiuſmodi officium, & poteſtatem ipſius Romani Pontificis, quam non ab homine, ſed à Deo recepit, ſub ſuo arbitrio redigere molientes, Legatos ipſos, niſi ab eis petiti fuerint, vel de beneplacito eorum tranſmiſſi, ſibi terras ſubiectas (dicentes hoc eis de conſuetudine competere) ingredi non permittunt.

Legati ſedis Apoſtolicæ quid facere debent.

¶ Nos huiuſmodi conſuetudinem non tam irrationabilem, quàm nonnunquam animarum ſaluti contrariam, detrahentemque Apoſtolicæ poteſtati, auctoritate Apoſtolica penitus reprobantes, Legatos ipſos ab omnibus cuiuſcunque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus fuerint, debere admitti decreuimus: nec eos prætextu cuiuſuis cõſuetudinis impediri poſſe à quoquam Chriſtiano nomine glorianté, quominus regna, prouincias, & terras quaſlibet, ad quæ ipſos deſtinari contigerit, ingrediantur liberè, ac commiſſæ ſibi legationis officium exerceant in eiſdem.

Conſuetudo animarum ſaluti contraria eſt reprobanda.

¶ Qui verò de cætero ſuper prædictis dictos Legatos, aut etiam Nuntios, quos ad quaſcunque partes, pro cauſis quibuslibet ſedes ipſa tranſmiſerit, præſumpſerint impedire, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant. Regna, terræ, & loca quælibet ſubiecta eiſdem, tamdiu ſint eo ipſo Eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, quamdiu in huiuſmodi contumacia duxerint perſiſtendum. Non obſtantibus quibuslibet indulgentiis, aut priuilegiis, Imperatoribus, ac Regibus, ſeu quibuſcunque aliis ſub quibuſcunque modis, & formis à ſede ipſa conceſſis, quæ contra præmiſſa nulli volumus ſuffragari.

De poſtulatione Prælatorum.

¶ Ioannes xxij.

¶ Minores xxvij. annis ſæculares, & à Mendicantes religioſi ad certas Eccleſias prohibentur poſtulari: & puniuntur tam poſtulantes, quam poſtulati.

CAP. VNICVM.

DIſpendiis, & periculis variis, quæ ex ſubſcriptis poſtulationib. poſſunt Eccleſiis euenire, & vacationum diuturnitatibus, quæ conſueuerunt nonnunquam ex poſtulationibus irrationabilibus prouenire, ac diſpendiis, quæ inde frequenter Eccleſiæ incurrunt, ad futuram rei memoriam obſiſtere cupientes: illum, qui viceſimum ſeptimum non attigerit annum, ad cathedralem [a], nec non profeſſorem cuiuſuis Mendicantium Ordinis ad inferiores cathedralibus Eccleſias, ad monaſteria extra ſuos Ordines poſtulari edicto perpetuo prohibemus.

a ¶ *Cathedralem.*] Aliqui habent ſic: Ad cathedralem, aut quamuis ſecularem non cathedralem Eccleſiam, quod an bonum ſit, relinquo peritiæ legentium.

b ¶ *Poſtulatos verò.*] Hæc clauſula inuenitur in aliquibus libris, in quibus ſic habetur: Poſtulatos verò, qui poſtulationem huiuſmodi de ſe factam proſecuti fuerint, etiam ſi, &c.

¶ Quòd ſi ſecus poſtulatum fuerit, & attentatum, irritum, ac nullius penitus ſit momenti. Et qui ſecus procteſſerint ad eandem, ea vice poſtulandi, ac eligendi poteſtate priuatos, ac beneficiis, quæ in ipſa obtinebunt Eccleſia, ad quam poſtulationem huiuſmodi fecerint, per triennium nouerint ſe ſuſpenſos.

¶ Poſtulatos verò [b], qui poſtulationis de ſe factæ negotium fuerint per ſe, vel per alium in Romana curia proſecuti, illud ibi proponi in publico, vel priuato conſiſtorio facientes, etiam ſe duntaxat diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ committendo, ſi ſe annum xxvij. non attigiſſe ſciuerint, vt præfertur vſque ad xxxv. annum, Cæteros verò ſæculares, & religioſos extra ſuorum adminiſtrationes Ordinum perpetuò ineligibiles, ac impoſtulabiles eſſe decernimus: ac protinus inhabiles ad quaſcunque dignitates Eccleſiaſticas, & beneficia quælibet obtinenda.

De electione.

¶ Bonifacius VIII.

¶ Multis probat argumentis promotos in curia non debere ad propria redire ſine litteris ſuæ promotionis. Qui ſi ſecus fecerint, pro Prælatis non ſunt habendi, pœnaſque incurrunt hic expreſſas. Et de iſta Extrauaganti facit mentionem Panormitanus in c. qualiter. de elec. dicens, quòd nullus, antequam habeat litteras Apoſtolicas ſuper ſua promotione, debet adminiſtrare, nec debet recipi ab Eccleſia tanquam Prælatus: alias recipientes, & receptus incurrant pœnam, de qua hic.

CAP. I.

INiuncta nobis debitum ſeruitutis expoſcit, vt qui ad reformandos in Clero mores, & actus (prout nobis ex alto

¶ *Iniuncta.*] Hæc decreta habet ſex dicta. Primò, præmiſſa proœmio ad dicenda, factum ſequitur